



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Capitularia Regvm Francorvm

Additae sunt Marculfi monachi & aliorum formulae veteres, & Notae
doctissimorum virorum

Baluze, Etienne

Parisiis, 1677

Ejusdem epistola ad Offam Regem Merciorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-19366

193 ANNO CHRISTI Regum Francorum. KAROLI M. 194

REGIS 6.

*De sacerdotibus qui ministerium suum
adimplere non valent.*

Ibid. 192. XV. Sacerdotes qui rite non sapiunt adimplere ministerium suum, nec dicere juxta preceptum Episcoporum suorum pro viribus fatigunt, vel contemptores canonum existunt, ab officio proprio sunt submovendi quoisque haec pleniter emenda habeant.

*Vt sacerdos qui admonitionem Episcopi sui
contempserit, deponatur.*

XVI. Quicunque autem à suo Episcopo frequenter admonitus de sua scientia, ut dicere curerit, facere neglexerit, præculdubio & ab officio removeatur, & Ecclesiam quam teneri amittat. Quia ignorantes legem Dei, eam alius annuntiare & prædicare non possunt.

*Vt nullus judex neque Presbyterum neque
Diaconum aut Clericum sine consensu Episcopi sui distingat.*

Ibid. 193. XVII. Vt nullus judex neque Presby-

terum neque Diaconum aut Clericum aut juniores Ecclesie extra conscientiam Pontificis per se distingat aut condemnare presumat. Quod si quis hoc fecerit, ab Ecclesia cui injuriam inrogare dinoscitur tamdiu sit sequestratus quandiu reatum suum cognoscat & emenderet.

*Vt nullus Episcoporum vel secularium alterius
cujusquam res retinere presumat.*

XVIII. Vt nullus Episcoporum vel Ibid. 194, secularium cujuscumque alterius Episcopi five Ecclesie five privati res aut regnorum divisione aut provinciarum sequestratione competere aut retinere presumat. Quod si quis hoc facere tentaverit, tamdiu sit ab omnium caritate suspensus & à communione gratia sequestratus quoadusque res ablatas cum fructuum satisfactione restituat.

KAROLVS MAGNVS
REX ITALIÆ
ANNO DCCLXXIV.

EPISTOLA AD OFFAM REGEM MERCIORVM

Data anno DCCLXXIV. post devictos Longobardos & Saxones.

Karolus gratia Dei Rex Francorum & Longobardorum & Patricius Romanorum viro venerando & fratri carissimo Offano Merciorum Regi salutem, honorem, & amorem. Cum deceat Reges potentes & famulos amicitiae fædere convinciri & mutuis gaudiis ad invicem gratulari, ut in vinculo caritatis Christus in omnibus & ab omnibus glorifetur, velut serenitati hoc eulogium duximus destinandum. Cum nobilissimam Longobardorum civitatem cum suis civibus omnibus nostro dominatu subjugaverimus, & Italiam totam nostro imperio feliciter subjugaverimus Christi adjutorio, cui famulari desideramus, Rex Desiderius Longobardorum, Ducésque Saxonie, quos nostris nutibus inclinavimus, Vvithimundus & Albion, cum ferè omnibus incolis Saxonie, baptismi suscepimus sacramentum, Domino Iesu Christo de cetero famulaturi. Hoc igitur salubri mandato ego Karolus Regum Christianorum orientalium potentissimus vos, ô Offane Regum occidentalium Christianorum potentissime, cupio laetificare, & te in dilectione speciali amplecti sincerius,

Tom. I.

N